

Item postea incipiatis publicare processum domini episcopi, premissis hoc, quod presens processus in nullo ligat vel stringit absolutas et expeditas, nisi vellent recidivare^{h)} vel redire ad priores sectas.

Item postea: Quicumque hoc temerarie infringeret et non adimpleret isto die vel hactenus adimpleret, sciat se esse excommunicatam, quam si notare possem, vellem eam vitare.

Item ultimo publicetur processus domini episcopi cum comminatione: Queⁱ⁾ hodie isto die non parerent mandatis domini episcopi, quod denunciabuntur excommunicate, et postea dominus episcopus^{j)} per se vel suum vicarium faciet inquisitionem studiosam, et cum inquisitore hereticorum^{k)} ponderabit culpas; quod melius esset prevenire.

Item ultimo dicatis: Sicut mandatur michi, sic precipio etc.

19

Bischof Lamprecht von Brunn ernennt Heinrich von Sachsen zum Generalvikar in spiritualibus für die Straßburger Diözese.

Straßburg, 1374 September 16

Editionen: —

Überlieferung: Hs. Wolfenbüttel 311 Helmst. fol. 114vb—115ra (= W).

Zur Sache vgl. oben S. 71 f. und 87 f.

Lampertus^{a)} dei et apostolice sedis gracia episcopus Argent(inensis) hon(orabili) nobis in Christo dilecto magistro Heinricho de Saxonia canonico ecclesie Bas(iliensis) salutem et sinceram in domino caritatem. De tue legalitatis^{b)} industria tueque pericie circumspectione sollicita plenam in domino fiduciam obtinentes, cum ex data tibi divinitus gracia scias et poss(es) fructus uberes et salubres in clero et populo nobis creditis ad domum excelsi delaturos germinare, te in nostris civitate et dyocesi Argent(inensibus) vicarium nostrum duximus statuendum et constituimus in spiritualibus generalem, potestatem in omnibus et singulis, que ad huiusmodi vicarie spectant officium — et specialiter nobis subditos visitandi, super excessibus eorum inquirendi et eos corrigendi ac puniendi, carceris penam

^{h)} *Belege zum Begriff vgl. bei Du Cange, Glossarium mediae et infimae latinitatis 7 (21886) S. 44 f.*

ⁱ⁾ qui W (vgl. nächste Zeile: excommunicate) ^{j)} fehlt W ^{k)} hereticum W

^{a)} *Überschrift (oberer Rand): Commissio vicariatus Hinr(ici) de Saxonia W (= Heinrich von Sachsen) ^{b)} der Begriff ist nachklassisch. Belege vgl. im Novum Glossarium mediae latinitatis, hg. v. F. Blatt, fasc. L (1957) Sp. 78. Bedeutung: Loyalität*